

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4211

Auteur(s) : Jean Cinthius, Évreux (chanoine)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : 1276, 21 janvier

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : règlement conflit

Langue du texte : latin

Analyse

JeanCinthius, chanoine d'Évreux, demande justice pour la controverse survenue entre lui et le chevalier Jean de Cailly sur le patronage de l'église d'Émanville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1228, p. 342.
- b. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissé, 1862-1869, 3 vol., t. 2, p. 41-42.

Texte établi d'après a

Dicit et proponit in jure coram vobis, domino Guidone de Collemedio, thesaurario Morinensi, giudice a domino legato dato, Johannes Cinthii, domini pape capellanus, canonicus Ebroicensis, nomine ipsius ecclesie Ebroicensis et ecclesie d'Emanvilla, Ebroicensis dyocesis, cujus est patronus, contra dominum Johannem de Callayco, militem, dominum d'Emanvilla, quod dictus miles tenet et possidet vel alius ejus nomine quoddam molendinum ad ventum situm in parrochia ecclesie d'Emanvilla predicte et infra fines dicte parrochie, inter terram dicti militis, ex duabus partibus, et terras Evrardi de Lundes, layci, ex aliis duabus partibus, ostensione, si opus fuerit, declarandum, cujus parrochie jus patronatus et grosse decime parrochie predicte ad dictum canonicum, ratione dicte prebende, pertinere noscuntur et jus detinendi et percipiendi easdem infra fines dicte parrochie de antiqua consuetudine et pacifice hactenus observata. Unde, cum dictum molendinum sit positum infra fines dicte ecclesie, et dictus miles percepit proventus dicti molendini a viginti annis citra, nec sibi vel alii canonico ante ipsum dictam prebendam habenti seu ecclesie predicte decimas ex eisdem proventibus solverit, petit dictus Johannes, rationibus et causis antedictis et nomine quo supra, dictum militem condempnari et condempnatum compelli ad reddendum sibi decimas predictorum proventuum vel earum valorem ad extimationem centum librarum parisiensium, et ut in posterum solvat decimas de proventibus dicti molendini, in quibus petit dictus Johannes, nomine quo supra, ipsum condempnari vel in quibus apparuerit de jure condempnandus, salvo sibi jure beneficio addendi diminuendi, etc., non astringens se ad omnia predicta probanda, sed ad ea que sibi sufficiant de premissis. Protestatur etiam dictus Johannes de expensis factis et faciendis in lite et occasione litis, et eas deducit in judicium loco et tempore declarandis, implorans officium vestrum super quibus fuerit implorandum. Datum Parisius, die martis ante conversionem beati Pauli, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto.